

IN SEQUENTES EPISTOLAS MONITUM.

532-597 « En tibi, Lector erudite, sistimus epistolas variorum pontificum ad Athanasium, et vicissim Athanasii ad pontifices, ab otiosis hominibus conscriptas. Duæ priores Græce jamdiu exstant in codicibus Athanasianis, iisque perantiquis, suntque imperiti Græculi opus : nam quæ de Trinitate istic prædicantur, ἀπόστατα plerumque sunt, et ab usitatis Athanasio loquendi formulis prorsus aliena. Prior epistola Liberii ad Athanasium, mutila videtur initio, ut indicat codex Seguerianus, qui habet ad marginem, ζητεῖ ἀρχήν, *quære initium*. Secunda quæ est Athanasii ad Liberium, nullam præfert epistolæ formam, sed est ceu inepta quædam, et admodum implicata fidei expositio. Estque utrumque opusculum, ut ex verbis conjectare licet, ab eodem scriptore exaratum. Nemo autem, ut opinor, vel tantillum peritus, hæc aut Liberio, aut Athanasio adjudicaturus est. Nam præter styli discrepantiam plane conspiciam, non levis est illud momenti, quod in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, quanta ineunte Liberio pontificatum, in toto Christiano orbe versabatur; nec de temporum conditione, nec de controversiis Catholicos inter et Arianos, quibus Oriens pariter et Occidens eo tempore conflagrabant, ullam faciant mentionem. In his etiam hæc formula usu venit : Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum esse ὑποστάσει, quæ licet Athanasii tempore nondum proscripta esset, a sancto tamen doctore nunquam usurpatur. Eam nihilominus in confesso esse, ac inter veræ fidei clausulas locum habere, statuere videtur qui ementito Liberii et Athanasii nomine has edidit epistolas.

« Reliquas autem epistolas, quæ Latine postea subsequuntur, hæsimus aliquando dubii, an ederemus, necne : quia nimirum, exceptis prioribus duabus, aliæ omnes a Commelinianis et Parisiensibus, quod nullius pretii, ac ne memorandæ quidem videantur, prætermittuntur. Et sane commentis sunt et mendaciis respersæ, exque variis locis consarcinatae, ut ne umbram quidem γνησιότητος referant. Verum ne quid in nostra editione lector vel ex spuriis desideraret, visum est eas denuo publicare.

* Ut autem primo conspectu advertet eruditus lector, non sunt isthæc nisi laciniae, ex *Historia Tripartita*, ex multis synodalibus epistolis, et decretis conciliorum, hinc inde excerptæ, et a falsario quodam consarcinatae, qui ut fucum legentibus faceret, nomina persæpe propria immutavit, annos arbitrato suo, et consules ascripsit. Ad marginem nos undenam laciniae ejusmodi prodeant, pro facultate significavimus.

ATHANASII ET QUORUMDAM ROMANORUM PONTIFICUM EPISTOLÆ.

Διόριον, ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἔλασεν ὁ Θεὸς Λόγος.

Ἔστιν οὖν ἡμῖν ἡ ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, Λόγος Θεοῦ, Υἱὸς κατὰ φύσιν, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλ' αἰὲ ὢν συνάρχης τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασιλεῖον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐν τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν τῇ φύσει (28) Θεὸν, ἀμέριστον ἐκ Θεοῦ κατὰ τὰς ἁγίας Γραφάς· τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Πατέρα, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Υἱόν, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον ἐπὶ ἀναθέματι ἐκ τῆς οἰκείας ἐπωνομασίας· τοῦ εἶναι τὴν Τριάδα ἀληθῶς Τριάδα ἐν μιᾷ Θεότητι, καὶ ἐν μιᾷ δυνάμει, καὶ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει. Οὐ γὰρ μερίζεται ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς πληρούσης τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἔστιν οὖν, καθὼς προεῖπον, ἡ Τριάς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μεριζομένη, καὶ τῇ οὐσίᾳ ἓν, καὶ τῇ θεότητι ἓν, καὶ τῇ δυνάμει ἓν, καὶ τῇ βασιλείᾳ ἓν, καὶ τῇ δοξολογίᾳ ἓν, καὶ τῇ εἰκόνι ἓν, καὶ τῷ Πνεύματι ἓν. Πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. Ἀνάθεμα οὖν λέγω Σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ Ἀρείου, καὶ τὰς προαπηγορευμένας αἱρέσεις, εἰς αἰώνιον κόλασιν, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ταύτη οὖν τῇ ὁμολογίᾳ, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε, τῇ οὐσῇ μόνῃ καὶ ἀληθῶς πίστει

A *Liberii, episcopi Romæ, epistola ad Athanasium episcopum Alexandriæ. Quod Deus Verbum, perfectum hominem assumpserit.*

Hæc igitur est nostra confessio, optatissime Athanasi, Verbum Dei Filius secundum naturam, ex Deo et Patre genitus, non creatus; sed semper sine initio una cum Deo et Patre, et sine fine imperium habens per infinita sæcula. Amen. Item (credimus) Spiritum sanctum vere ex Deo secundum naturam et natura Deum, indivisum a Deo secundum sacras Scripturas; ita ut sit vere Pater, vere Filius, et vere Spiritus sanctus, vetitumque est sub anathematis pœna quodlibet nomen a propria significatione transferre; ita ut Trinitas sit vere Trinitas in una deitate, in una potestate, in una essentia, et in una substantia. Nequaquam enim dividitur B Filius, neque Spiritus sanctus a paterna substantia, quæ implet cœlum et terram. Est igitur, uti supra dixi, Trinitas in una substantia : estque substantia unum, deitate unum, potestate unum, regno unum, glorificatione unum, imagine unum, Spiritu unum : Spiritus namque non dividitur. Anathema igitur pronuntio in Sabellii et Arii dogma, necnon in antea proscriptas hæreses, ad sempiternum supplicium, juxta Salvatoris vocem. Si igitur, frater Athanasi, in hac confessione, quæ sola et vera fides est in sancta catholica et apostolica Ecclesia, mecum

(28) Ita Seguerianus. In editis, τῇ φύσει deest.

consentis; eorum iudice Deo et Christo, quæso, mihi rescribas, si perinde atque nos in vera fide sentias; ut confidenter et sine discrimine quæ rogas præstare possim. Illud etiam te non ignorare velim, dilecte, nimirum veritatis filios, impassibilem deitatem confiteri, necnon adventum Verbi et Dei in carne; qui perfectum hominem assumpsit sine peccato, natus ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine, secundum Evangelia: in Christo Jesu. Amen.

598 *Sancti Patris nostri, Athanasii archiepiscopi Alexandrini, rescriptum ad Liberium, Romæ episcopum. Quod perfectum hominem Deus Verbum assumpserit propter salutem nostram.*

Unus Deus immortalis, qui nec videri, nec tangi potest. « Spiritus » enim « est Deus ⁵³. » Ipse nullo loco potest comprehendī, nec ullus est locus a quo absit. Hujus Verbum immortalis est sapientia, incorruptibilis, invisibilis: Filius primogenitus, operum socius, principio carens, sub tactum non cadens, neque principium habens dierum, neque finem vitæ expectans: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil ⁵⁴. » Ipse est qui hominem efformavit. Hic est qui rationem fabricandæ arcæ monstravit: hic est qui promissionem dedit Abraham: hic est qui descendit, ut populum salvum faceret, qui Moysi legem dedit: hic est Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, qui in prophetis locutus est, qui Vetus et Novum Testamentum disposuit, qui in novissimis diebus carnem sumpsit ex Virgine, mortalem, licet non esset ipse mortalis: infirmam, licet non esset ipse infirmus: morti obnoxiam, licet non esset ipse morti obnoxius: visibilem, licet non esset ipse visibilis. Ipsa suspensa est, non autem ille: ipsa sepulta, non ille: ipsa humanas omnes passiones, ut homo sustinuit, non autem ille. Ille autem est virtus Dei, id est Deus. Qui cum ea quæ in in inferno insolubilia erant solvisset, imperiumque diaboli evertisset, ascendit eo unde descenderat, qui corpus suum a morte excitatum, postquam liberasset a morte qua detinebatur, Patri obtulit. In illo Patrem intelligimus. Una enim et ipse res est deitate, virtute, substantia, hypostasi, gloria, Dei appellatione, et in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est qui postquam assumpsisset carnem, Jesus appellatus est, quatenus erat homo; hoc est, assumpsit hominem in seipso, « in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter ⁵⁵. » Illum credimus nec a Patre, nec a Spiritu sancto separatum: neque tamen dicimus Patrem descendisse, et in homine fuisse. Ita unus Deus Pater

ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ εἰ ὁμοφρονεῖς μοι, ὡς ἐπὶ κρίσει Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γράψον μοι, εἰ οὕτω φρονεῖς καθὰ καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἴσα ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει· ἵνα καὶ γὰρ πεποιθὼς ὦ, ἀδιακρίτως περὶ ὧν ἀξιοῖς κελεύειν μοι· καὶ τοῦτο δέ σε χρή εἶδέναι, ἀγαπητὲ, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ τὴν θεότητα ὁμολογοῦσι, καὶ τὴν ἑνσαρκον ἐπιδημίαν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβε χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου (29), καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, κατὰ τὰ Εὐαγγέλια· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. ἀντίγραμμα πρὸς Λιβέριον, ἐπίσκοπον Ῥώμης· ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας.

B

Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, ἀψηλάφητος· « Πνεῦμα » γὰρ « ὁ Θεός, » οὗτος ἀχώριστος (30), μὴ ἔχων τόπον ὅπου οὐκ ἔστιν· ὁ τούτου Λόγος, ἀθάνατος σοφία, ἄφθαρτος, ἀόρατος, γιὼς πρωτότοκος, συνεργός, ἀναρχός, ἀψηλάφητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς προσδοκῶν. « Διὰ τούτου ἐγένετο τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν. » Αὐτὸς ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον· οὗτος, ὁ τὴν κιβωτὸν δεῖξας, πῶς ἵνα γένηται· οὗτος ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δοὺς τῷ Ἀβραάμ· οὗτος ὁ καταβάς ἐπὶ τὸ σῶσαι τὸν λαόν, ὁ Μωσῇ τὸν νόμον δοὺς· οὗτος ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ, ὁ ἐν προφήταις λαλήσας, ὁ διαθέμενος τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην, ὁ (31) ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σάρκα ἐκ Παρθένου λαβὼν, θνητὴν, οὐκ αὐτὸς ὢν θνητός· ἀσθενῆ, οὐκ αὐτὸς ἀσθενής· ὀφειλομένην θανάτῳ, οὐκ αὐτὸς ὀφειλόμενος· ὁρατὴν, οὐκ αὐτὸς ὁρατός· αὐτὴ ἐκρεμάσθη, οὐκ αὐτός· αὐτὴ ἐτάφη, οὐκ αὐτός. αὐτὴ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινεν, οὐκ αὐτός· ἐκεῖνος δὲ δυνάμις Θεοῦ, τουτέστι Θεός. Ὁ τὰ ἅλута τοῦ ἔθους λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας, ἀνέβη ὀθεν καὶ κατέβη· ἐγείρας ἐκεῖνο τὸ ταφέν, προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἐλευθερώσας οὐ ἐκρατεῖτο θανάτου· ἐν τούτῳ τὸν Πατέρα νοοῦμεν, ἐν γὰρ καὶ τοῦτο τῇ θεότητι, τῇ δυνάμει, τῇ οὐσίᾳ, τῇ ὑποστάσει τῇ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν γιόν ἐν τῷ Πατρὶ. Οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦς κληθεὶς, καθότι καὶ ἄνθρωπος· τουτέστιν, ἀνέλαβεν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ, « ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. » Τοῦτον ἔχομεν οὐ διακεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐδὲ τὸν Πατέρα λέγοντες καταβεβηκέναι, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γενέσθαι. Οὕτως εἷς Θεὸς Πατὴρ παντοκράτωρ παρ' ἡμῖν πιστεύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἡ πίστις ἡμῶν ἐστίν, εἷς ἓνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἷς τὸν γιόν αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ εἷς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ταῦτα δὲ ἐξ ἐνόητος μιᾶς, δυνάμεως μιᾶς, ὑποστάσεως μιᾶς, οὐ-

D

⁵³ Joan. iv, 24. ⁵⁴ Joan. i, 3. ⁵⁵ Coloss. ii, 9.

(29) Ita Seguerianus. Editi, vere male, ἐκ Οατρὸς.

(30) Forte ἀχώρητος.

(31) Seguerianus, ἐπ' ἐσχάτου. Editi, ἐπ' ἐσχάτων.